

Z 6  
1341









FK 55. (11)

Z 6  
1341

LUCTUOSISSIMUM FATUM  
CELEBERRIMI  
VIRI  
JOACHIMI  
FELLERI,  
CYGNEI,

S.S. THEOLOGICÆ LICENTIATI,  
POESEOS PROFESSORIS PUBLICI,  
FACULTATIS PHILOSOPHICÆ ASSESSORIS,  
ACADEMIÆ BIBLIOTHECARIJ,  
MAJORIS PRINCIPUM COLLEGIJ COLLEGIATI,  
ET NATIONIS BAVARICÆ SENIORIS,

PRÆCEPTORIS  
DE SE ET UNIVERSA RE LITERARIA PRÆCLARISSIME  
MERITI,

IPSO DIE EXEQUIARUM, QUARTO IDUUM APRIL. A. O. R. clb lcc XCI.  
TANTILLO

PROSEQUEBATUR

M. JO. GEORG. PRITIUS,  
LIPSIENSIS,


IN PATRIA AD D. NICOLAI CONCIONATOR SABBATHICUS.

LIPSIÆ,  
TYPIS CHRISTOPHORI FLEISCHERI.





MICHISSIMUM TATUM  
 CERRARIUM  
 VIRI  
 JOACHIM  
 FELLER  
 OYNEI  
 S. THEOLOG. LICENTIA  
 P. S. THEOLOG. LICENTIA  
 FACULTAS THEOLOGICA ASSASSORUM  
 FACULTAS THEOLOGICA  
 MAJORE PRINCIPALIS COLLEGIAT  
 ET NATIONALIS SAVANNA SENIORIS  
 P. S. THEOLOG. LICENTIA  
 DE SE ET UNIVERSITATE FERRENA PRINCIPALIS  
 M. J. GEORG. PRITZ  
 IN RECTA AB ALIIS CONSTATOR S. THEOLOG.







Uid mihi vobiscum est, Heliconia Nu-  
mina, Musæ?

Quid studeam Phœbo posse placere  
Patri?

Heu Musas novisse piget, piget esse,  
Poëtam,

Et piget invisam sollicitare chelyn.

Quum meus insolito FELLERUS funere marcet,  
Et totum fatis his Heliconia rapit.

Ipsè mihi fuerat plusquam, gens casta, Camœnæ,  
Ipsè mihi plusquam magnus Apollo fuit.

Legerat Is teneros, mea prima pericula, versus,  
Punctaque perlectis candidiora dabat.

Heu memini laudis quoties complevit amore  
Pectus, & hanc famæ jussit inire viam:

*Perge piis, quod sponte facis, Te tradere Musis,  
Et mihi crede, PRITI, Tu neque nullus eris.*

*Te quoque fama suo sustollet ad æthera plausu,  
Auguror, eventum res habitura suum est.*

Tanto igitur liceat contundere pectora luctu,  
Ut charo soboles orba parente solet.

Nec tamen in lacrymas solus mea lumina solvo,  
Quilibet ex illo funere vulnus alit.

Et cunctos ferit iste dolor; mea Patria, luge,  
Nec damnum fas sit dissimulare tuum.

Magna parte tui posthac, PHILURÆA, carebis,  
Amplius & solitus non Tibi restat honor.

Cunctorum communis amor subducitur orbi,  
Gratia quem semper blanda secuta fuit.

Qui cunctis natus, similisque per omnia Phœbo,  
Omnibus auxilium consiliumque dedit.

Ipsa Viri casu Phœbi delubra moventur,  
Qui stupet, & sese quærit, & ipse jacet,

Ac



ZL 1341. FK.

Ac decus hoc periisse sibi queriturque doletque,  
Quo tantum toto gratus in orbe fuit.  
Dicite Pierides, quo vos jactare velitis?  
Barbariæ quem nunc opposuisse licet?  
Inprimis viduata suo Rectore gemiscit,  
Nec tenet antiquum Bibliotheca decus;  
Hoc illi asseruit tam digno heroe labore,  
Hoc uno meritis non potuisse mori.  
Quid? quod & Augusti Majestas CÆSARIS ipsa,  
Tam deplorandæ conscia facta necis,  
Luget mœsta Virum, cui quantum defuit ævi,  
Tantum nesciri credit in orbe Sui.  
Scilicet hic facilesque DEOS, & maxima mundi  
Experiebatur sceptrâ favere sibi.  
Ipse igitur dudum tota Permeside plenus,  
Quique oneri tanto par prope solus erat,  
Tentabat grandi LEOPOLDI dicere versu  
Gesta per eoas occiduasque plagas.  
Abrupit mors sæva pios ac flebilis ausus,  
Et cadit egregium, dum cadit Auctor, opus.  
Nec tamen infelix posthac FELLERUS habendus,  
Quantumvis casu jam graviore ruat.  
Dulcis erat cantu, patria, candoreque Cygnus,  
Dum cadit hic propere CYGNUS ad astra volat:





Porz Zb 1341, FK

ULB Halle 3  
002 631 075









FK 55. 1/11

Z 6  
1341

LUCTUOSISSIMUM FATUM  
CELEBERRIMI  
VIRI  
JOACHIM  
FELLE  
CYGNE

S.S. THEOLOGICÆ LI  
POESEOS PROFESSOR  
FACULTATIS PHILOSOPHIC  
ACADEMIÆ BIBLIOTHEC  
MAJORIS PRINCIPUM COLLE  
ET NATIONIS BAVARICÆ

PRÆCEPTO  
DE SE ET UNIVERSA RE LITERAR  
MERITI,  
IPSO DIE EXEQUIARUM, QUARTO IDUUM  
TANTILLO  
PROSEQUEBATU

M. JO. GEORG. FELLE  
LIPSIENSIS,  
IN PATRIA AD D. NICOLAI CONCION

LIPSIÆ,  
TYPIS CHRISTOPHORI FLEISCHMANNI

